si eum rogantem contempseris plus miratur,

Et mirum in modum, si eum rogantem
contempseris. plus te potius ueneratur;
Praedicator continentiae: nuptias ne con
cilies; Qui apostolum legit. super est
ut et qui habent uxores sic sint quasi
non habentes. Cur uirginem cogit
ut nubat? qui de monogamia sacer
dos est. quare uiduam hortatur ut biga
ma sit? Procuratores atque dispen
satores domorum alienarum atque
uillarum. quomodo esse possunt clerici
qui proprias iubentur contemne
re facultates; Amico rapere
quippiam. furtum est. ecclesiam frau
dare. sacrilegium est; accepisse
pauperibus erogandum. et esurien
tibus plurimis tantum esse uelle timi
dum aut quod apertissimi sceleris est et in
de aliquid subtrahere omnium praedonum
crudelitatem superat; aut fame
torquetur et tu iudicas quo uentri sa
tis sit? aut diuide statim quae
capis Aut si timidus dispensator es
dimitte largitorem ut sua ipse sponte di
stribuat; Nolo sub occasione mea
sacculus tuus plenus sit, Nemo me me
lius mea seruare potest ipse est opti
mus dispensator qui nihil sibi reseruat

Coegisti me nepotiane karissime lapi
dato iam uirginitatis libello quem
sanctae eustochiae romae scripseram
post annos decem rursum bethlem ora
reserare et confodiendum me linguis

ego fame torqueor et tu iudicas quantum uentri meo satis sit

prohibuisti
omnium prodere, Aut enim nihil scribendum
fuit ne hominum iudicium subiremus
quod tu facere noluisti, Aut scribentes nos
se aduersum nos cunctorum male
dicorum tela esse torquenda, quos ob
secro ut quiescant et desinant male
dicere, Non enim ut aduersariis
sed ut amicis scripsimus, Nec inuecti su
mus in eos qui peccant sed ne peccent ammo
nuimus, Neque in illos tantum sed in nos
ipsos seueri iudices fuimus; Uolentes
que festucam de oculo alterius tollere
Nostram prius trabem eiecimus Nullum
laesi. Nullius nomen de mea scriptura
designatum est, Neminem specialiter
meus sermo pulsauit. Generalis
de uitiis disputatio est, et qui mihi irasc
i uoluerit prius ipse de se quod talis est
confitetur;

EXPL LIBEL KIS HIER AD NEPOT

EPIST. HIERONIMI PRBI AD PAULINU PRBM DE OMNIB DIUINE HISTORIE LIBRIS

FRATER AMBROSIUS tua mihi munuscula
perferens detulit et suauissimas
litteras quae a principio amici
tiarum fidem probatae iam fidei et ue
terum amicitiae praeferebant, Uera
enim illa necessitudo est et xpi glutino

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0136